



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis Scheffleri S. R. Eccl. Presbyteri Concilium  
Tridentinum antè Tridentinum**

**Angelus <Silesius>**

**Nissæ, 1675**

Articuli Tertij, Punctum Quartum. Matrimonij demonstratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42264**

*Concilij Trid: antè Trident.*  
fiæ Doctõribus foris accipimus,  
sed Sacramentorum virtute ab  
omnipotente DEO interiùs ro-  
boramur. Virtus verò Sacra-  
menti gratia est Spiritus septi-  
formis.

*Concilium Florentinum doctõr:*  
*de Sacram.* Sextum Sacramen-  
tum est ordinis.

*Articuli Tertij,*

*Punctum Quartum.*

Matrimonij demonstratio.

**J** *Reneus lib: 1. c. 1.* Quapropter  
& omni modo oportere eos  
Zyzygiæ (id est conjugij) me-  
ditari mysterium.

*Clemens Alexandrinus lib: 3.*  
*Stromat:* Si peccatum est matri-  
moniu



*Artic: III. Punctum IV.*

monium, quod est ex lege, ne-  
scio quomodo quis dicet, se DE-  
VM nosse, dicens DEI iussum,  
esse peccatum. Quod si lex san-  
cta est, sanctum est Matrimonium.  
Sacramentum ergo hoc ad Chri-  
stum, & Ecclesiam ducit Apo-  
stolus.

*Amphilochius homil: in Purifi-  
cat Deigenitv.* Nuptiæ honora-  
tæ sunt, & quovis terrestri dono  
superiores, fecundæ arboris si-  
militudinẽ præ se ferentes. Est e-  
nim conjugium ipsum tanquam  
planta quædã pulcherrima &c.

*Chrysostomus in c 5. ad Ephes.*  
*homil. 20.* Reverà est mysterium  
& magnum mysterium, eo, qui  
genuit, qui educavit; eã, quæ  
concepit, quæ cum dolore pe-  
perit & afflictione, qui tot ac tan-  
tis af-



*Concilij Trid. antè Trident.*

tis affecerūt beneficijs, cum quibus diuturnus fuit usus & cōsuetudo, relictis, ei adhærere, quæ ne visa quidem fuit, & cum eo nihil habuit commune, & eam omnib<sup>9</sup> præferre. reverà est mysterium, &c. Reverà magnum est mysteriũ, & ineffabilẽ quandam habens sapientiam. Hoc multis retro actis seculis prophæans dicit, in Christo & Ecclesia.

*Tertullianus lib. 2. ad uxor. c. 9.*  
Unde sufficiam ad enarrandam felicitatẽ ejus matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio & obsignatura angeli renuntiant. Pater rato habet?

*Idem advers. Valentin. c. 30.*  
Nam & honorandorum conjugiorum supernorum gratia dicitur apud illos meditandum atq;  
cele-



*Artic: III. Punctū IV.*

celebrandum semper Sacramen-  
tum comiti, hoc est, foeminae ad-  
haerendo.

*S. Ambrosius l. 6. in Luc. 8. c.*

Nec putet aliquis offendiculum  
esse pietatis, ubi mandatum legis  
impletur. Si enim relinquet ho-  
mo patrem & matrem, & adhæ-  
rebit uxori suæ, & erunt duo in  
carne unâ, rectè Sacramentum  
hoc in Christo servatur & in Ec-  
clesiâ. *Idem ad c 5 Ephes.* My-  
sterij Sacramentum grande, in-  
unitate viri & foeminae esse signi-  
ficat. Nec hoc prodit sed aliam  
causam, quæ nõ discordet à me-  
morato mysterio, flagitat, quam  
scit ad profectum humani gene-  
ris pertinere, hoc est, Ecclesiæ &  
Salvatoris, ut sicut relictis paren-  
tibus homo uxori suæ adhæret,

E

ita &c



*Concilij Trid: antè Trident.*

ita & relicto omni errore, Eccle-  
siæ adhæreat, & subijciatur capi-  
ti suo, quod est Christus.

*Idem Epist: 70.* Cùm conju-  
gium velamine sacerdotali & be-  
nedictione sanctificari oporteat,  
quomodo potest conjugium dici,  
ubi non est fidei concordia?

*S Augustinus de nupt: & con-  
cupisc. l. 1. c. 10.* Quoniam sancti-  
tatis non tantum foecunditas, cuius  
fructus in prole est; nec tantum  
pudicitia cuius vinculum est fides;  
verum etiam quoddam Sacra-  
mentum nuptiarum commen-  
datur fidelibus conjugatis: unde  
dicit Apostolus: Viri diligite  
uxores vestras, sicut & Christus  
dilexit Ecclesiam: hujus procul  
dubio Sacramenti res est, ut mas-  
& foemina connubio copulati,  
quam



*Artic. III: Punctum IV.*

quàm diu vivunt, inseparabiliter  
perseverent, nec liceat, exceptâ  
causâ fornicationis, à conjugè  
conjugem dirimi. Hoc enim  
custoditur in Christo & Ecclesiâ,  
ut vivens cum vivente in æter-  
nùm nullo divortio separetur.  
Cujus Sacramenti tanta observa-  
tio est in civitate D E I nostri in  
monte sancto ejus, hoc est, in  
Ecclesiâ Christi, quibusque fide-  
libus conjugatis &c: *vide eundem*  
*cap 21.* ubi similiter loquitur, &  
matrimonium Sacramentum con-  
nubij nominat.

*Idem de Fide & operib. c. 7.*

In Ecclesiâ nuptiarum non solum  
vinculum, verum etiam Sacra-  
mentum ita commendatur, ut non  
liceat viro uxorem alteri tradere.

*Idem de bon. conjugali: cap: 7.*



*Concilij Trid. antè Trident.*

Usque adeò illud foedus inicum,  
nuptiale cuiusdã Sacramenti res  
est, ut nec ipsã separatione irri-  
tum fiat. *Vide eundem c. 24. &  
de Genes. ad litter. lib. 9. c. 7. in*  
quibus utrisq; locis quoq; con-  
jugium Sacramentum esse dicit.

*Fevar dentius in notis ad Ire-  
nei cap. 22. libri 1. scribit: Ter-  
tullianus lib. 5. contr. Marcionem  
sect. 38. quinquies vocat nuptias  
Sacramentum, ut Augustin: l. 1.  
de nuptijs & concupiscēt: sexies:  
& lib. unico de bono conjugali con-  
tra Jovinianum, decies.*

*Articulus IV.*

Ecclesiæ Catholicæ ritus in  
administratione Sacramen-  
torum receptos esse recipiēdos.

*Verba*